

CAPUT XVII.

DE PRÆCIPITATIS:

AURUM FULMINANS.

R Scobis Auri purissimi . . . : drachmas duas ;
 Aquæ Regiæ . . . : unciam unam ;
 In cucurbitulam vitream inde Auri Scobem : Aquam
 Regiam sensim adjice : digestio fiat calore leni ad Auri
 totius dissolutionem : tum Aquæ communis sextuplum
 affunde : postea Oleum Tartari per deliquium q. s. in-
 stilla : sine Liquorem quiescere : subflavus Pulvis præci-
 pitabitur, qui sæpius repetita Aquæ affusione edulcatus
 supra chartam in umbra siccerur.

Dosis a grano uno ad quatuor.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

Reguli Antimonii Scorix fictili vitreato inditæ in
 Aqua bulliant : solutioni per chartam trajectæ Acetum
 acerrimum affunde : præcipitabitur Pulvis ex flavo ru-
 bei coloris, Aqua tepida multoties abluendus, tum su-
 pra chartam siccandus. Dosis a granis duobus ad sex.

KERMES MINERALE.

R Antimonii Hungarici confracti rejecto
 pulvere . . . : libras sex ;
 Nitri fixi . . . : libram unam, & semis,
 Aquæ

DE PRÆCIPITATIS. 203

Aquæ pluvialis libras duodecim:

In olla terrea vitreata triduo digerantur: dein lenro igne bulliant: tum quatuor circiter libras fervidi Liqueoris decanta, & colo chartaceo trajice, cui amplum vas figulinum suppositum sit. Liqueori una cum Antimonio in olla superstiri adjice

Aquæ pluvialis ferventis libras octo;

Nitri fixi libram unam, & semis:

Leni igne ad medias decoque; defusique, ut antea, Liqueoris calidissimi libras tres per chartam cola; superstiri affunde

Pluvialis Aquæ ferventis libras octo;

Nitri fixi libram unam:

Coque iterum ad medias, & totum Liquorem calidissimum percola: omnes deinde simul misti Liqueores quiescant, donec Pulvis ruber subsidat: tum decanta, ad siccitatem evapora, & Nitrum fixum serva. Pulverem rubrum Aqua sæpius ablue, & in fictile ad calorem lenissimum sicca. Huic affunde Vini Spiritum alcoholicatum, qui deflagret; idque semel atque iterum repete; tum in vitreo vase bene clauso Pulverem repone. Dosis a granis duobus ad quatuor.

MAGISTERIUM SULPHURIS.

R Sulphuris citrini pulverati libram unam;

Calcis vivæ libras tres;

Aquæ communis libras viginti:

In fictili vase, quantum satis, bulliant, ut rubro colore saturetur Aqua, cui per chartam trajecæ affundatur

Cc 2

tur

204 DE PRÆCIPITATIS.

tur solutio Aluminis purificati. Turbidus fiet Liquor, & lacteus; idcirco Lac Sulphuris appellatus. Nihil interea movendum; sponte enim præcipitabitur Pulvis albus, quem Aqua calente edulca, postea sicca.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞ Mercurii per distillationem purificati . . . uncias duas;
Aquæ fortis uncias tres:
In Aqua forti solvatur Mercurius, tum effundatur in fictile vitreatum, quod Aqua marino Sale puro saturata semiplenum sit. Post aliquot dies albus Pulvis subsidebit, Aqua tepida edulcandus, & supra chartam in hypocausto siccandus.

C A P U T X V I I I.

DE SUBLIMATIS.

FLORES ANTIMONII MARTIALES;
VULGO NIX MARTIS.

℞ Reguli Antimonii Martialis iteratis fusionibus rite expurgati, & pulverati libram unam:
In vase figulino, cujus ima pars plana sit, ponatur Regulus, ac desuper scutella parvæ altitudinis in centro perforata intra idem vas ita collocetur, ut Regulum non attingat; præterea operculum vasi aptetur, in quo ipsa etiam inclusa maneat scutella: tum in furno prunis superpositis